Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Publii Terentii Comoediae sex

Terentius Afer, Publius

Francofordiae ad Oderam, 1606

Actvs IIII. Scena VII.

urn:nbn:de:bsz:31-139622

Visual Library

ACTVS IIII. SCENA VII.
THRASO, GNATHO, SANGA, CHREMES, THAIS.

Epitaſis ridicula. Thraſo venit oppugnatū ædes Thaidis: eſtq́ exitus harum minarum dignus Thraſo netſicut vulgo dici ſolet, parturunt montes, naſcetur ridiculus mus. In quid, eliditur d.

HAccine ego vt contumeliam tuam inſignem in me accipiam Gnato? (Octona.
Mori ↓ me ſatius eſt. Simalio, Donax, Syriſce ſequimini. (Inſatius ecidatur s.
Primum ædeis expugnabo. Gn. rectè. Thr. virginem eripiam. G probè.
Thr. Malè mulctabo ipſam. Gn. pulchrè Th. in medium huc agmen cum vecti Donax.
Tu Simalio in ſiniſtrum cornu, tu Syriſce in dexterum.
Cedò alios: vbi Centurio eſt Sagna, & manipulus furum? Sa. eccum adeſt.
Thr Quid ignaue? peniculon' pugnare, qui iſtunc huc portes, cogitas? (Alias, iſtuc.
Sa. Egòne? imperatoris virtutem noueram, & vim militum:
Sine ſanguine hoc fieri non poſſe, quin abſtergerem vulnera.
Thr. Vbi alij? Sa qui (malum) alij? ſolus Sannio ſeruat domum.
Thr. Tu hoſce inſtrue: hic ego ero poſt principia: inde omnibus ſignum dabo.
G. Illuc eſt ſapere: vt hoſce inſtruxit, ipſus ſibi cauit loco.

Thr.

Th. Idem hoc iam Pyrrhus factitauit. Ch. viden' tu Thais, quam hic rem agit?
Nimirum conſilium illud rectum eſt de occludendis ædibus.
Th. Sanè, quod tibi, nunc vir videatur eſſe, hic nebulo magnus eſt:
Ne metuas. Thr. quid videtur? G, fundam tibi nunc nimis vellem dari,
Vt tu illos procul hinc ex occulto cæderes: facerent fugam.
Thr. Sed eccam Thaidem ipſam video. G. quàm mox irruimus? Thr. mane.
OMNIA PRIVS EXPERIRI, quàm armis, ſapientem decet. Trochaic. catalectic.
Qui ſcis, an quæ iubeam, ſine vi faciat? G. Dij voſtram fidem,
Quanti eſt ſapere? nunquam accedo, quin abs te abeam doctior.
Thr. Thais, primum hoc mihi reſponde: cum tibi do iſtam virginem,
Dixtin' mihi hos dies ſoli dare te? Th. quid tum poſtea. Thr. rogitas?
Quæ mihi ante oculos amatorem coram adduxti tuum?
Th. Quid cum illo agas? Thr. & cum eo clam te ſubduxti mihi.
Th. Libuit. Thr. Pamphilam ergo huc redde, niſi vi mauis eripi.

Ch.

Ch. Tibi illam reddat? aut tu eam tangas? omnium,
G. ah quid ais? tace.
Ch. Quid tu tibi vis? Thr. ego non tangam meam?
Ch. tuam autem furcifer?
G. Caue ſis: neſcis, cui maledicas nunc viro. Ch. non
tu hinc abis?
Scin' tu, vt tibi res ſeſe habeat? ſi quicquam hodie
hîc tubæ cœperis,
Faciã, vt huius loci, diei'q́ʒ, mei'q́ʒ ſemper memineris
G. Miſeret tui me, qui hunc tantum hominem faci-
as inimicum tibi.

Videntur cretici Trochaic.

Ch. Diminuam ego caput tuum hodie, niſi abis. G.
ain' verò canis?
Siccine agis? Thr. quis tu homo es? quid tibi vis? quid
cum illa rei tibi eſt?
Ch. Scibis: principio eam eſſe dico liberam. Thr.
hem Ch: ciuem Atticam. Thr. hui.
Ch. Meam ſororem. Thr. os durum. Ch. miles, nunc
adeò edico tibi,
Ne vim facias vllam in illam. Thais, ego ad Sophro-
nam eo
Nutricem, vt eam adducam, & ſigna oſtendam hæc
Thr. tun' prohibeas,
Meam ne tangam? Ch. prohibeo inquam. G. audin'
tu? hic furti ſe alligat,
Ch. Satin' hoc eſt tibi? Thr. idem hoc tu ais Thais?
Th. quære qui reſpondeat.

Thr.

Thr. Quid nunc agimus? G. quin redeamus: iam hæc tibi aderit, ſupplicans
Vltrò. Thr. credin? G. imò certè noui ingenium mulierum:
Nolunt, vbi velis: vbi nolis, cupiunt vltrò. Thr. benè putas.
G. Iam dimitto exercitum. Thr. vbi vis. G. Sanga, ita vti fortes decet
Milites, domiq́; fociq; fac viciſsim vt memineris.
Sa. Iamdudum animus eſt in patinis. G. frugi es. Thr. vos me hàc ſequimini.

ACTVS V. SCENA I.

Senarij.

THAIS, PYTHIAS.

PErgin' ſceleſta mecum perplexè loqui?
Scio, neſcio: abijt, audiui: ego non adfui.
Non tu iſtuc mihi dictura apertè es, quicquid eſt?
Virgo conſciſſa veſte lachrumans obticet;
Eunuchus abijt, quamobrem? quid factũ eſt? taces?
Py. Quid tibi ego dicam miſera? illum Eunuchum negant
Fuiſſe. Th. quis fuit igitur? Py. iſte Chærea
Th. qui Chærea? Py. iſte ephebus frater Phædriæ.
Th. Quid ais venefica? Py. atqui certò comperi.
Th. Quid is obſecro ad nos, aut quamobrem adductus eſt? Py. neſcio.

Niſi